Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3331
Quelle:
Copyright:

II. *fol.* 65. *Sequitur Replica eiusdem Articuli Tercij.* Sequitur et T. *cit. col.* 1150. hoc initio: *Reuerendissimi Patres — et si iuxta sacri Canonis veritatem* &c. Et fine: *Ideo propicium requirit lectorem.* Edita: *correctorem.* De Autore, postea *Nidrosiensi* et *Caesariensi* Archiepiscopo, sepultoque in Patria *Confluentiae* a. 1465. adi T. I. *Scriptt. Ord. Praed.* p. 828.

III. *fol.* 121. *Incipit Articulus Quartus Bohemorum Qui talis est. Non licet Clero tempore legis gracie super bonis temporalibus seculariter dominari. Ad quem respondit dominus Johannes palmar* (in marg. *polamar*, al. Palomar, Polemar) *Auditor Domini pape, doctor.* Reliqua tituli extrita. Initium: *Deus in adiutorium meum intende* &c. Finis: *et seras auribus tuis.* Extat T. *cit. col.* 1207. et nobis jam *Codd.* praecedentib. quos, si lubet, vide. Codex hic eadem manu exaratus est, qua praecedens qui Disputationem *Aegidii Carlerii* ad idem *Bohemorum* negotium pertinentem continet, et pariter, ut ille, membranis duabus *Regulae* cujusdam *monasticae* Sec. XIII. descriptae ambitur.

DCCCCLXXIII.

253 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 322. f. partim duabus columnis, partim lineis longis exaratus continet varia *Concilii Basileensis* Monumenta et quidem: I. *Johannis de Polemar* s. *Palomar* Archidiac. *Barchinonensis* &c. Orationes II. habitas in Conc. *Basileensi* anno 1433. quarum contenta explicat subscriptio, quae sic habet: *Expliciunt responsiones domini Johannis Polemar auditoris sacri palacij apostolici Archidiaconi ecclesie Barchinon. decretorum doctoris, ad proposita per magistrum petrum* (Payne) *anglicum hereticum, seu ad articulum quartum bohemorum, qui est, quod clerici non debent habere temporalia, facte in generali congregatione consilij basilien.* Adjectum perperam: *Anno 143.mo* nisi is sit annus scriptoris 1443. Responsiones has per triduum datas ex T. IV. *Antiq. Lect. Henr. Canisii* insertas habes *Collectioni Concil. Labbeanae* T. XII. p. 1364. *Edit. Venet.* T. XVII. *col.* 1207. et *Harduinianae* T. VIII. p. 1909. Initium primae est: *Deus in adiutorium* &c. *Excelsus ille propheta David* &c. Finis: *perveniamus ad vitam gratie in presenti et glorie in futuro.* Initium alterius, quae in editis cum priore cohaeret: *In nomine sancte et indiuidue* &c. *in prioris actus exordio premissa fuerunt* &c. Finis: *et seras auribus tuis.* Vide *Codd.* praeced.

II. *fol.* 44. sequitur absque titulo *Oratio*, quae in subscriptione dicitur: *Proposicio Magistri Thome de Corcellis facta Nurremberge pro parte sacri Concilij generalis Basilien.* Magister in sacra Theologia et Canonicus *Ambianensis* erat *Thomas*, tantaeque inter Patres autoritatis, ut teste αὐτόπτη *Aenea Silvio* L. II. *de gest. Conc. Bas.* Triumvirorum

unus